



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1706**

Descriptionis Mortuorum Form. XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

ADNOTATIO.

**TUMULATUM FUIT.** Hæc clausula debet necessariò exprimi,

quia Capyc. Latr. *decif.* 14. num. 22. quem refert Romagn. *ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 12. c. 2. num. 20.* tenet, quod fides Parochi non probet mortem, nisi dicat, defunctum fuisse sepulturæ traditum.

Alia.

FORMULA X.

**N** N. ætatis suæ annorum ... circiter, degens in via .... hujus meæ Parochiæ *morte improvisa* præventus ex hac vita migravit, cui propterea non potuerunt Sacramenta ministrari, cujus Corpus ad hanc Ecclesiam delatum, in eadem, die .... mensis .... anni ... tumulatum fuit in sepulchro N. præsentibus N. Testibus.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIO.

**MORTE IMPROVISA.** Hi qui morte improvisa decedunt, possunt liberè sepelliari absque licentia,

dummodò non sint publici peccatores, & excommunicati, vel quoties non adfit aliqua Episcopi specialis reservatio, ut *Sac. Congr. Ep. rescripsit Archiep. Hydrunt. 10. Junii 1586. & 16. Januar. 1596.*

Alia.

FORMULA XI.

**N** N. *filius* N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ, Puer (vel Puella) sex annorum circiter, ex hac vita evolavit ad Cælum die ... cujus Corpus ad hanc Ecclesiam Parochialem delatum, in eadem, die ... mensis ... anni ... tumulatum fuit in sepulchro diætæ Familiæ præsentibus N. & N.

Ita est N. Parochus Ecclesiæ N. loci N.

ADNOTATIO.

**FILIUS.** Diligens sit Parochus in describendo mortem filiorum Familias, quia de jure prius mortuus præsumitur pater, quàm filius, *Medic. de regul. jur. part. 2. regul. 2. ampl. 59. & 75.* & mortuus quis non præsumitur in pupilla-

ri ætate, sed qui hoc dicit, probare debet, *Bald. conf. 451. & 455. lib. 4. Nat. conf. 395. post. num. 7.* Undè si in Libro Parochiali mors adnotata non reperiretur, damnum notabile interesse habentibus afferret negligentia Parochi, quamquam aliundè mors probari posset.

Alia.

FORMULA XII.

**N** N. ætatis suæ annorum ..... hujus meæ Parochiæ ictu sclopi (sive ensis, sive gladii) percussus in via .... audita per me ejus Confessione, & per

T 2 eum